

[Accueil](#)
[Revenir à l'accueil](#)
[Collection Boite_013 | Bibliographies diverses. Pauvreté. Hermaphrodites. Anormalité. Criminalité. Onan](#)
[Collection Boite_013-5-chem | Marie Le Marcis. Item \[Le costume de Nature Alain de Lille, 5\]](#)

[Le costume de Nature Alain de Lille, 5]

Auteur : Foucault, Michel

Présentation de la fiche

Coteb013_f0512

SourceBoite_013-5-chem | Marie Le Marcis.

LangueFrançais

TypeFicheLecture

RelationNumérisation d'un manuscrit original consultable à la BnF, département des Manuscrits, cote NAF 28730

Références éditoriales

Éditeuréquipe FFL (projet ANR *Fiches de lecture de Michel Foucault*) ; projet EMAN (Thalim, CNRS-ENS-Sorbonne nouvelle).

Droits

- Image : Avec l'autorisation des ayants droit de Michel Foucault. Tous droits réservés pour la réutilisation des images.
- Notice : équipe FFL ; projet EMAN (Thalim, CNRS-ENS-Sorbonne nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR).

Notice créée par [équipe FFL](#) Notice créée le 18/03/2021 Dernière modification le 23/04/2021

quantitatis turriti corporis incursu, navium arietabat oppidula. Illic canis marinus, cum latrabi sui nominis æquivocatione bivio præconfundens nullis indulgendo latratibus, sui generis lepores maris venabatur in saltibus. Illic sturgio, sui nobilitate corporis individuali sui corporis benedictione mensis offerebat regalibus. Illic allec, piscis generalissimus, ampla sui corporis communitate pauperum solabatur jejunia. Illic plais, sui corporis dulcoratis saporibus, in quadragesimali austerritate, carnis redimebat absentiam. Illic mulo, dulcibus suæ carnis irritamentis, palata seducebat gustantium. Illic trucula sinus marinos ingrediens, in æquore baptizata, salmonis nomine censebatur. Illic delphines suæ apparitionis prophetia maris invectiones futuras navibus prædicebant. Illic sirenum renibus piscis, homo legebatur in facie. Illic luna, proprio lumine pauperata, quasi invidens, in conchilia propriam vindicabat injuriam, quæ quasi sui corporis novilunie laborantia lunæ luebant pauperiem. His marinæ regionis incolis pallii portio concessa fuerat medialis. Reliqua vero pallii portio peregrinos pisces habebat, qui, diversis fluctibus evagantes, in dulcioris aquæ patria sedes posuerant. Illic lucius exactione tyrannica, non exigentia meriti, subditos proprii corporis incarcerated ergastulo. Illic barbulus, non minori sui corporis dignitate famosus, cum plebicula piscium familiarius habitabat. Illic alosa, tempus comitata vernale, cum veris deliciis sui saporis delicias offerens, sui corporis adventu, gustus salutabat humanos. Illic murænula, multiplici fenestrata foramine, febrium introductiones lectitabat prandientibus. Illic anguilla, colubri naturam imaginans, quadam proprietatis similitudine neptis ejusdem esse credebatur. Illic perca, spinarum jaculis loricata, lupi aquatilis minus abhorrebat insultus. Illic capito quod ex inferioris corporis paucitate perdebat strumoso recuperabat in capite. Hæ picturæ tropo eleganter in pallio figuratae sculpturæ, natare videbantur pro miraculo.

Tunica vero polymita, opere picturata plumario, infra se corpus claudebat virgineum. Quæ multis stellata coloribus, in grossiorem materiam congregata, in terrestris elementi faciem aspirabat. In hujus vestis parte primaria, homo, sensua-

BnF
MSS

